

« chinoniae, die octava octobris MCCCCLXVII. Jo el Rey.—Domi-
« nus Rex mandavit mihi Johanni Secul Secret. Praes. et exeq.
« Altena P. R. P. De Lummo M. R. La Rosa F. P. La Fox Cons.
« R. P.—Die vigesima nona Aprilis 1468 praes. et exeq. fuit prae-
« sens privilegium de ordine Tribunalis R. P. ut supra. Joannes
« Martelli Magister Notar. et secret. »

2. « Nos Joannes ecc. ecc.

« Per litteras Illustrissimi Regis Neapolis Ferdinandi nostri ne-
« poti erga nos commendati sunt Petrus Emanuel de Pravatà, Zac-
« caria Groppa, Petrus Cuccia et Paulus Manisi nobiles Albani seu
« Epirotae strenui Duces contra Turcas, clarissimi et invictissimi
« Ducis Georgij Masrechij Castriota Scanderbegh Albaniae et Epiri
« Principis ac ejusdem Consanguinei, alique Nobiles Albanenses
« qui in nostrum Regnum Siciliae transeuntes cum nonnullis Co-
« loniis illinc habitare praetendunt. Ideo confisi nos de eorum catho-
« lica Religione, integritate, bonitate, prudentia ac valore ac etiam
« eorum paupertate et miseria, dum omnia eorum bona in posse
« pessimarum Turcarum relinquerunt; visi sumus cum voto Nostri
« Regij Consilij et sancinus et liberamus eosdem Nobiles Alba-
« nenses seu Epirotas, qui pro refugio pauperrime in praedicto
« nostro Regno venerunt, de omnibus collectis, impositionibus, gra-
« vitiis, gabellis et aliis in praedicto nostro Regno impositis et
« imponendis, et praesertim praedictos de Pravatà, Groppa, Cuc-
« cia, Manisi, eorum vita durante tantum, et alios qui eorum
« nobilitatem ostenderent. Mandamus propterea omnibus et quibus-
« cumque Officialibus praedicti nostri Regni majoribus et mino-
« ribus, praesentibus et futuris, et qui pro tempore erunt et prae-
« sertim Nobili Magistro Justitiario ejusdem Locumtenenti, Judi-
« cibus M. R. C., Magistris Rationalibus, Advocatis quoque et Pro-
« curatoribus Fiscalibus, Generali Tesaurario et Conservatori No-
« stri Regij Patrimonij quocumque ad praesentationem praesentis
« nostri Privilegij praedictos Nobiles Albanenses vel Epirotas in
« praedicto nostro Regno habitantes cum eorum familijs et ar-
« rolati in officio praedicti Tribunalis nostri Regij Patrimonij, im-
« munès faciant, tractent et reputent et per quos decet tractari
« et reputari faciant de omnibus collectis, impositionibus, gravi-
« tiis et aliis ut supra expressatis pro subsidio eorum pauper-
« tatis aliarumque calamitatum et volumus et mandamus, cauti
« a contrario, sub poena nostrae Regiae indignationis. Dat. Bar-
« chinoniae die dec. oct. (18) octobris MCCCCLXVII. Jo el Rey —
« Dominus Rex mandavit mihi Joanni Secul, Secret. Ex Regia,
« Bartholomeus Del Bono Magister Notarius. »

Tali privilegi venivano anche confermati dai Sommi Pontefici, come siamo in grado di provare con altri documenti, fra i quali ci piace di riportare solo il seguente:

« Leo Episcopus Servus Servorum Dei. — Dilectis filiis Georgio
« Masrachi Castriota, Demetrio Cucci Reres et Petro Bideri Lascari